


Theorema 2. Propositio 2.

Si prima secundæ æquè fuerit multiplex, atque tertia quartæ; fuerit autem & quinta secundæ æquè multiplex, atq; sexta quartæ: erit & composita prima cum quinta, secundæ æquè multiplex; atque tertia cum sexta, quartæ.



Theorema 3. Propositio 3.

Si sit prima secundæ æquè multiplex, atq; tertia quartæ, sumantur autem æquè multiplices primæ, & tertiæ; erit & ex æquo, sumptarum utraque utriusque æquè multiplex; altera quidem secundæ, altera autem quartæ.



Theorema 4. Propositio 4.

Si prima ad secundã, eandem habuerit proportionem, & tertia ad quartam: etiam æquè multiplices primæ & tertiæ, ad æquè multiplices secundæ & quartæ, iuxta quamvis multiplicationẽ, eandem

